

rum etiam sigilla praesenti litterae sunt appensa in testimonii firmitatem. Datum Wyzenuels in festo sancti Johannis baptistae anno domini M°. CCC^{mo}. III°.

Nach dem Orig. im Rathsaarchiv zu Dresden. Von den mittelst Pergamentstreifen befestigten Siegeln ist das der Aebtissin und des Conventes ziemlich wohl erhalten, während von dem Siegel der verwittweten Markgräfin Elena nur Bruchstücke übriggeblieben sind.

No. 19. 1303. 16. Aug.

Markgraf Friedrich von Dresden eignet der Elbbrücke einen Acker bei dem Dorfe Gline mit der Bestimmung, dass sein Hofdiener Pezold und dessen Erben denselben von der Brücke zu erblichem Rechte gegen eine jährliche Leistung von zwei Pfund Wachs empfangen und besitzen sollen.

Fridericus dei gratia marchio de Dresden universis praesentes inspecturis in perpetuum. Universa negotia etc. Notum igitur esse volumus omnibus tam praesentis aevi quam futuri Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, quod ob honorem et reverentiam omnipotentis dei et gloriosae virginis matris suae Mariae proprietatem agri, qui ex una parte situs est iuxta lacum iacentem prope villam Gline^a) et protenditur usque ad mericam nostram, ex alia vero parte contiguus est agris rusticorum dictae villae Gline, damus donamus et attribuimus ponti maiori in Dresden, qui transit Albeam, apud eundem perpetuo permanendam, volentes ut Pezoldus famulus noster et custos mensae nostrae, qui multa nobis fecit fidelia servitia, et sui heredes dictum agrum a dicto ponte recipiant et teneant iure hereditario a dicto ponte possidendum, isto tamen adhibito moderamine, quod duo talenta cerae sive duas libras cerae ponti persolvant annis singulis memorato. Et ne super praemissis alicui in posterum aliqua dubietas possit suboriri, in testimonium evidens praemissorum praesens scriptum dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius sunt Waltherus de Nurenberc noster forestarius, Theodericus Berner magister civium nostrorum in Dresden, Andreas de Meydeburg, Cunradus Buling, Albertus Pistor, Jacobus de Vryberc, Heinricus de Kemenytz, Symon magister pontis et quamplures alii fide digni. Datum et actum Dresden anno domini millesimo CCC°. III°. XVII°. Kalendas Septembris.

Nach dem Orig. im Rathsaarchiv zu Dresden mit einem Bruchstücke des Siegels an einem Pergamentstreifen. Neubert Vortr. üb. die Rechtsverh. d. alt. Elbbr. S. 154.

a) Jedenfalls ein untergegangenes Dorf, über dessen Lage nichts weiter bekannt ist, als was aus der Urk. selbst erhellt. Nach der Brückenrechnung vom J. 1388 entrichtete die zwei Pfund Wachs von dem Acker in Gline Lorenz von Radebeul und es mag daher mit einigem Grunde angenommen werden, dass G. in unmittelbarer Nachbarschaft dieses Dorfes gelegen habe. — An Gline, Par. Staucha ist selbstverständlich nicht zu denken.

No. 20. 1304. 25. Mai.

Markgraf Friedrich von Dresden eignet der Elbbrücke die derselben von dem Bürger Jakob Grosse überwiesenen 28 Schillinge Pfennige jährlichen Zinses im Dorfe Golberode, welche der genannte von ihm zu Lehn getragen und in seine Hände aufgelassen hat.

Fridericus dei gratia marchio de Dresden omnibus praesentes inspecturis notitiam subscriptorum. Quoniam dies hominis super terram breves sunt et subito